aestivis in finibus Ubiorum habebantur per otium aut leviamunia. igitur audito fine Augusti vernacula multitudo, nuper acto in urbe dilectu, lasciviae sueta, laborum intolerans, implere ceterorum rudes animos: venisse tempus quo veterani<sup>15</sup> maturam missionem, iuvenes largiora stipendia, cuncti modum miseriarum exposcerent saevitiamque centurionum ulciscerentur. non unus haec, ut Pannonicas inter legiones Percennius, nec apud trepidas militum aures alios validiores exercitus respicientium, sed multa seditionis ora vocesque: sua in manu<sup>20</sup> sitam rem Romanam, suis victoriis augeri rem publicam, in suum cognomentum adscisci imperatores.

Nec legatus obviam ibat; quippe plurium vaecordia constantiam exemerat. repente lymphati dstrictis gladiis in centuriones invadunt: ea vetustissima militaribus odiis materies et saeviendi principium. prostratos verberibus mulcant, sexageni singulos, ut numerum centurionum adaequarent, tum convulsos laniatosque et partim exanimos ante vallum aut in amnem Rhenum prociunt. Septimius cum perfugisset ad tribunal pedibusque Caecinae advolveretur, eo usque flagitatus est, donec ad exitum dederetur. Cassius Chaerea, mox caede Gaii Caesaris memoriam apud posteros adeptus, tum adolescens<sup>10</sup> et animi ferox, inter obstantes et armatos ferro viam patefecit. non tribunus ultra, non castrorum praefectus ius obtinuit: vigiliam, stationes, et si qua alia praesens usus indixerat, ipsi partiebantur. id militares animos altius coniectantibus praecipuum indicium magni atque inplacabilis motus, quod neque<sup>15</sup> disiecti nec paucorum instinctu, sed pariter ardescerent, pariter silerent, tanta aequalitate et constantia, ut regi crederes.

Interea Germanico per Gallias, ut diximus, census acci-

12. *Ubiorum*, deren Hauptstadt das heutige Köln (c. 36, 3).

13. *vernacula*. Dio 57, 5 καὶ γὰρ ἐκ τοῦ ἄστικοῦ ὄχλου, οὗς ὁ Ἀβγροντος μετὰ τὴν τοῦ Οὐάρον συμφορὰν προσκατέλεξεν, οἱ πλείους ἦσαν. Von den drei mit Varus verlorenen Legionen hatte Augustus nur zwei ersetzt (vgl. c. 42, 17).

20. *ora* etwa 'Zungen' oder 'Organe'.

22. *cognomentum* 'Name', so 2, 6. 9. 60 u. 5.; vgl. Verg. Aen. 1, 267 *Ascanius cui nunc cognomen Iulo*. Den Beinamen *Germanicus* führte der ältere Drusus und sein Sohn zufolge eines Senatsbeschlusses, zuweilen auch Tiberius selbst.

32. 1. *plurium* = *complur.*, s. 4, 16.

4. *sexageni*, s. den krit. Anhang. — *convulsos* 'verrenkt'.

9. *Cassius Chaerea* erstach als Tribun der Prätorianer im J. 41 den Caligula, von dem er persönlich beleidigt war.

11. Über *animi ferox* s. Einl. § 44, b.

14. *altius* 'tiefer' vom Verständnis wie 3, 25. 62, hist. 4, 12; cf. Cic. ad fam. 1, 9, 4 *altius paulo rationem consiliorum meorum repetam necesse est*. — *coniectare* 'auffassen, beurteilen'. Liv. 29, 14, 9 *coniectando rem vetustate obrutam*.

16. *ardescere* (statt *ardere* oder *exardescere*) öfter bei Tacitus, früher nur bei Dichtern.

33. 1. *census*, die Selbsteinschätzung der einzelnen (c. 31, 7).

pianti excessisse Augustum adfertur. neptem eius Agrippinam in matrimonio pluresque ex ea liberos habebat, ipse Druso, fratre Tiberii, genitus, Augustae nepos, set anxius occultis in se patrum aviaeque odiis, quorum causae acriores, quia iniquae. quippe Drusi magna apud populum Romanum memoria, credebaturque, si rerum potitus foret, libertatem redditurus; unde in Germanicum favor et spes eadem. nam iuveni civile ingenium, mira comitas et diversa a Tiberii sermone vultu, adrogantibus et

obscuris. accedebant muliebres offensiones novercalibus Liviae in Agrippinam stimulis, atque ipsa Agrippina paulo commotior, nisi quod castitate et mariti amore quamvis indomitum animum in bonum vertebat.

34 Sed Germanicus quanto summae spei propior, tanto impensius pro Tiberio niti. seque et proximos et Belgarum civitates in verba eius adigit. dehinc audito legionum tumultu raptim profectus obvias extra castra habuit, deiectis in terram oculis velut paenitentia. postquam vallum iniit, dissoni questus audiri coepere. et quidam presa manu eius per speciem exosculandi inseruerunt digitos, ut vacua dentibus ora contingeret; alii curvata senio membra ostendebant. adsistentem contionem, quia permixta videbatur, discedere in manipulos iubet: sic melius audituros responsum; vexilla praeferrī, ut id saltem discerneret cohortes: tarde obtemperavere. tunc a veneratione Augusti orsus flexit ad victorias triumphosque Tiberii, praecipuis laudibus celebrans quae apud Germanias illis cum legionibus pulcherrima fecisset. Italiae inde consensum, Galliarum

2. *neptem*, als Tochter der Julia.

3. *plures* wie c. 32, 1. — *liberos*: Nero, Caligula, Drusus und Agrippina, die Mutter des Kaisers Nero.

4. *Augustae*, Livia als Mutter des Drusus. — *patrum*, Tiberius als Bruder des Drusus.

5. *acriores* etc., vgl. Sen. de ira 3, 29, 2 *pertinaciores nos facit iniquitas irae*. Tac. Agr. 42 *proprium est odisse quem laeseris*.

7. *libertatem reddere* 'die Republik wiederherstellen'. Bei *redditurus* ist *fuisse* zu ergänzen. Einl. § 20, c.

10. *obscurus* wird in dieser Bedeutung von Cic. de off. 3, 13 mit *astutus, fallax, malitiosus* u. a. zusammengestellt. — *novercalibus*. Livia vertrat die Stelle der Julia, weil diese in der Verbannung lebte.

11. *stimulis*. Wegen des Tropus vgl. Cicero: *animum gloriae stimu-*

*lis concitare, alicui stimulos admove-re*. — *commotior* = *quod commotior* ('übertrieben reizbar') erat. Vgl. c. 19, 1 und zu 3, 9.

34. 2. *seque et pr.*, s. zu c. 4, 3. *Se. . . adigit* (verpflichtet) wie hist. 4, 61. 70.

6. Über *audiri coepere* s. Einl. § 14, b.

9. *sic* sc. *permixtos*.

10. *responsum* sc. *est*. — *vexilla praeferrī* sc. *iubet*, s. c. 18, 6. Die Satzbildung ist charakteristisch wegen der Parataxe.

11. *a veneratione* 'von dem Lob und Preis', obwohl *veneratio* auch passivisch gefaßt werden kann.

12. Das intransitive *flectere* findet sich erst seit Vergil und Livius. — Tiberius hatte dort dreimal den Oberbefehl geführt: 9—8 v. Chr., 1—5 und 9—11 n. Chr.

13. Über *apud* s. Einl. § 50.

fidem extollit; vel murmure m

Ut sediti disciplinae decu rogitans, nudan berum notas ex tionum, angustis nibus incusant et si qua alia quaeruntur. a tricena aut sup mortem in isd militiae neque i a divo Augusto ominibus; et si vero, quasi sce opposuerunt ab moriturum pot latere diripuit sam dextram v pars contionis incedentes, fen strictum obtul malique moris Caesar ab amic

Consultatu legatos, qui sup destinatum exe

35. 2. *quona* heißt es in der A lich *quicumque* — non u. ä.

4. *indiscretis* 'durcheinandersch vacationum. So schen Legionen,

5. *propriis no* auf *duritia oper*

8. *quaerere* 'aus sinnen'.

10. *obirent*, s.

12. *reposcere*, v rationem *reposce* Moment der Ber

14. *quasi cet*. Schande, die m

S. Einl. § 95.

16. *quam* für q

17. *diripere* 'l

fidem extollit; nil usquam turbidum aut discors. silentio haec 15  
vel murmure modico audita sunt.

Ut seditionem attigit, ubi modestia militaris, ubi veteris 35  
disciplinae decus, quoniam tribunos, quo centuriones exegissent,  
rogitans, nudant universi corpora, cicatrices ex vulneribus, ver-  
berum notas exprobrant; mox indiscretis vocibus pretia vaca-  
tionum, angustias stipendii, duritiam operum ac propriis nomi- 5  
nibus incusant vallum, fossas, pabuli materiae lignorum adgestus,  
et si qua alia ex necessitate aut adversus otium castrorum  
quaeruntur. atrocissimus veteranorum clamor oriebatur, qui  
tricensa aut supra stipendia numerantes, mederetur fessis neu  
mortem in isdem laboribus obirent, sed finem tam exercitae 10  
militiae neque inopem requiem orabant. fuere etiam qui legatam  
a divo Augusto pecuniam reposcerent, faustis in Germanicum  
ominibus; et si vellet imperium, promptas res ostentavere. tum  
vero, quasi scelere contaminaretur, praeceps tribunali desiluit.  
opposuerunt abeunti arma minitantes, ni regrederetur; at ille 15  
moriturus potius quam fidem exueret clamitans, ferrum a  
latere diripuit elatumque deferebat in pectus, ni proximi pren-  
sam dextram vi attinuissent. extrema et conglobata inter se  
pars contionis ac, vix credibile dictu, quidam singuli propius  
incedentes, feriret hortabantur; et miles nomine Calusidius 20  
strictum obtulit gladium, addito acutiorem esse. saevum id  
malique moris etiam furentibus visum, ac spatium fuit quo  
Caesar ab amicis in tabernaculum raperetur.

Consultatum ibi de remedio; etenim nuntiabatur parari 36  
legatos, qui superiorem exercitum ad causam eandem traherent:  
destinatum excidio Ubiorum oppidum, imbutasque praeda manus

35. 2. *quonam*—*quo*. Ebenso heißt es in der Anaphora gewöhnlich *quicumque*—*qui*, stets *nonne*—*non* u. ä.

4. *indiscretis voc.* = confusis v. 'durcheinanderschreiend'. — *pretia vacationum*. So auch die pannonischen Legionen, c. 17.

5. *propriis nominibus* in Bezug auf *duritia operum* = nominatim.

8. *quaerere* 'ausfindig machen, er-sinnen'.

10. *obirent*, s. zu c. 15, 8.

12. *repscere*, wie Caes. b. G. 5, 30 *rationem reposcent*. In *re* liegt das Moment der Berechtigung, wie oft.

14. *quasi cet.* 'im Gefühle der Schande, die man ihm zumutete'. S. Einl. § 95.

16. *quam für quam ut*. S. zu 3, 37.

17. *diripere* 'losreißen'.

Tac. Annal. I. 7. Aufl.

18. *attinere* fehlt in dieser Bedeutung bei klassischen Prosaikern, ist aber bei Tac. häufig.

20. *incedere* hat Tac. statt *accedere* gebraucht, 4, 47; 15, 13; vgl. Liv. 8, 20, 5 *ad urbem incedens*.

21. Ähnlich Dio 57, 5 *καί τις αὐτῶν τὸ ἑαυτοῦ ἕλφος ἀνατίνας, τοῦτο, ἔφη, λαβέ, τοῦτο γὰρ ὀξύτερόν ἐστιν*. — Über *adito* s. Einl. § 112.

22. *malimoris* 'boshaft'. — *spatium fuit* 'es trat eine Pause ein'.

36. 3. *Ubiorum oppidum* = Köln, auch *Ubiorum urbs, civitas, ara* genannt, später *Colonia Agrippinensis* (vollständig *Colonia Claudia ara Agrippinensis*, wie die Abkürzung der Münzen C. C. A. A. vermutlich aufzulösen ist), seit 50 n. Chr., wo auf Betreiben der jüngeren Agrip-

- in direptionem Galliarum erupturas. augebat metum gnarus  
 5 Romanae seditionis et, si omitteretur ripa, invasurus hostis: at  
 si auxilia et socii adversum abscedentis legiones armarentur,  
 civile bellum suscipi. periculosa severitas, flagitiosa largitio:  
 seu nihil militi sive omnia concedentur, in ancipiti res publica.  
 10 principis scriberentur: missionem dari vicena stipendia meritis,  
 exauctorari qui sena dena fecissent ac retineri sub vexillo cetero-  
 rum immunes nisi propulsandi hostis, legata quae petiverant  
 exsolvi duplicarique.
- 37 Sensit miles in tempus conficta statimque flagitavit. missio  
 per tribunos maturatur, largitio differebatur in hiberna cuiusque.  
 non abscessere quintani unetvicensimanique, donec isdem in  
 aestivis contracta ex viatico amicorum ipsiusque Caesaris  
 5 pecunia persolveretur. primam ac vicensimam legiones Caecina  
 legatus in civitatem Ubiorum reduxit, turpi agmine, cum fisci  
 de imperatore rapti inter signa interque aquilas veherentur.  
 Germanicus superiorem ad exercitum profectus secundam et  
 tertiam decumam et sextam decumam legiones nihil cunctatas  
 10 sacramento adigit. quartadecumani paulum dubitaverant: pecu-  
 nia et missio quamvis non flagitantibus oblata est.
- 38 At in Chaucis coeptavere seditionem praesidium agitantes  
 vexillarii discordium legionum et praesenti duorum militum  
 supplicio paulum repressi sunt. iusserat id M'. Ennius castro-  
 rum praefectus, bono magis exemplo quam concesso iure.

pina eine Veteranenkolonie dorthin  
 gesandt wurde (ann. 12, 27).

5. *omittere* 'aufgeben'. — *hostis*,  
 nämlich die Germanen. *auxilia* sind  
 bei der Armee, *socii* zu Hause.  
 Über den Bedingungssatz, der vom  
 Part. fut. abhängt, s. Einl. § 104.

7. *periculosa* cet. Hier ist *est* zu  
 ergänzen. Die Ansicht ist die des  
 Tacitus, allgemein gültig.

9. *volutatis*. Über die Metapher  
 s. Einl. § 122, g. Cic. de rep. 1, 17  
*animo volutare*. Durch *inter se* wird  
 ausgedrückt, daß die Gründe er-  
 wogen und gegeneinander abge-  
 wogen werden.

10. *vicena*, die seit 5 v. Chr. ge-  
 setzliche Dienstzeit.

11. *sena dena*, wie bis dahin nur  
 die Prätorianer. *exauctorari* hier im  
 Ggs. zur *missio*, der endgültigen  
 Entlassung, derjenige Abschied,  
 durch den man aus der Linie in  
 die Reserve tritt (Beurlaubung).

12. *legata*, d. c. 8, 10.

37. 4. *amici*, die Suite oder *co-  
 hors amicorum* des Feldherrn, der  
 hier Caesar genannt wird, wie c. 31  
 35. 39. 41. 44. Ebenso Drusus  
 c. 25. 27.

7. *rapere de*, wie hist. 2, 84 *su-  
 mere de*. Cicero: *eripere de mani-  
 bus, de convivio abripere*. — Daß  
 jetzt auch den nicht Opponierenden  
 das Legat ausgezahlt ward, ist  
 nicht erwähnt, aber wohl selbst-  
 verständlich. — *inter signa cet.*  
 Nach Suetons Bericht bestimmte  
 später Domitian, daß kein Soldat  
 mehr als 1000 Sesterze bei der Regi-  
 mentskasse deponieren dürfe, damit  
 die Befehlshaber nicht über zu große  
 Geldmittel verfügen könnten.

38. 1. *Chauci*, im heutigen Ost-  
 friesland, zwischen der Ems und  
 Weser.

2. Über *vexillarii* s. c. 17. — *dis-  
 cors* hier 'meuterisch', wie *discor-  
 dare* 3, 40 u. sonst. Vgl. zu c. 46, 4.

4. *bono exemplo*, womit er ein

deinde intumes-  
 intutae latebrae  
 factum ab iis  
 torem violari.  
 vexillum ad ripam  
 desertore fore  
 ausos.

Interea leg-  
 rum Germanic-  
 vicensima, vet-  
 pavidos et cons-  
 iussu qui irri-  
 utque mos vu-  
 Plancum consu-  
 senatus consult-  
 Germanici situ-  
 facto moliantur  
 vexillum inten-  
 obvios habueru-  
 tendentes. inge-  
 quem dignitas  
 sidium quam  
 amplexus relig-  
 vim extremam

gutes und nach  
 spiel gab. Vgl.  
 exemplo. Liv. 27  
 cioso exemplo fa-  
 strafe durfte ers-  
 praetore verhäng-

5. *intumescen-*  
 'gären'. Wie  
*intumescere*  
*intumescere statim*  
 2, 32 *quoniam* G-  
 selbe Metapher  
 jüngere Plinius.

10. *turbidus*  
*sediciosus* ist na-  
 Tac. häufig. — U-  
 46, über *et statu-*

39. 1. Über a-  
 2. *ibi*, in de-  
 Köln, und zwanzig  
 gern (Z. 15), w-  
 selbst mit Fami-  
 der Stadt wohnte  
 beiden anderen  
 Legionen hatte  
 in Vetera, s. c.

deinde intumescente motu profugus repertusque, postquam  
intutae latebrae, praesidium ab audacia mutuatur: non prae-  
fectum ab iis, sed Germanicum ducem, sed Tiberium impera-  
torem violari. simul exterritis qui obstiterant, raptum  
vexillum ad ripam vertit, et si quis agmine decessisset, pro  
desertore fore clamitans, reduxit in hiberna turbidos et nihil  
ausos.

Interea legati ab senatu regressum iam apud aram Ubio-  
rum Germanicum adeunt. duae ibi legiones, prima atque  
vicensima, veteranique nuper missi sub vexillo hiemabant.  
pavidos et conscientia vaecordes intrat metus, venisse patrum  
iussu qui inrita facerent quae per seditionem expresserant.  
utque mos vulgo quamvis falsis reum subdere, Munatium  
Plancum consulatu functum, principem legationis, auctorem  
senatus consulti incusant; et nocte concubia vexillum in domo  
Germanici situm flagitare accipiunt, concursuque ad ianuam  
facto moliuntur fores, extractum cubili Caesarem tradere  
vexillum intento mortis metu subigunt. mox vagi per vias  
obvios habuere legatos, audita consternatione ad Germanicum  
tendentes. ingerunt contumelias, caedem parant, Planco maxime,  
quem dignitas fuga impediverat; neque aliud periclitanti sub-  
sidium quam castra primae legionis. illic signa et aquilam  
amplexus religione sese tutabatur, ac ni aquilifer Calpurnius  
vim extremam arcuisset, (rarum etiam inter hostes) legatus

gutes und nachahmenswertes Bei-  
spiel gab. Vgl. 15, 57 *clariore  
exemplo*. Liv. 25, 4, 7 *vim perni-  
cioso exemplo factam*. Die Todes-  
strafe durfte erst der Legatus pro  
praetore verhängen.

5. *intumescente*, 'aufbrausen',  
'gären'. Wie hist. 4, 19 *intu-  
muere statim superbia ferociaque*;  
2, 32 *quoniam Galliae tumeant*. Die-  
selbe Metapher hat Livius und der  
jüngere Plinius.

10. *turbidus* statt *turbulentus*,  
*sediciosus* ist nachklass., aber bei  
Tac. häufig. — Über *et nihil* s. zu 6,  
46, über *et* statt *sed* zu c. 13, 8.

39. 1. Über *aram* s. zu c. 36, 3.

2. *ibi*, in der Nähe der Stadt  
Köln, und zwar in getrennten Lagern  
(Z. 15), während Germanicus  
selbst mit Familie und Gefolge in  
der Stadt wohnte (Z. 8 *domus*). Die  
beiden anderen niederrheinischen  
Legionen hatten ihr Winterlager  
in Vetera, s. c. 45, 2.

7. *Plancus*. Sein Vater war ein  
tüchtiger Redner.

8. *nocte concubia* 'zu mitternäch-  
tiger Stunde' wie hist. 3, 69 (s. das  
Heraeus) u. a. — *vexillum* ist die  
Fahne des Feldherrn, die sie als  
Bürgschaft für die ihnen gemachten  
Zugeständnisse verlangen.

9. *situs* st. *positus* häufig bei Tac.,  
doch erst in den Historien und An-  
nalen. — *occipere* bei Plautus, Livius  
und Späteren, nicht bei Cicero und  
Cäsar.

11. *subigere* in diesem Sinne  
nicht in klassischer Prosa, jedoch  
bei Sallust (Cat. 10, Jug. 31) und  
zwar c. infin.

12. *consternatio* kommt zuerst bei  
Livius 34, 2 = 'Krawall' vor.

14. *fuga*. Sonst steht *impedire*  
mit *ab*, hier nach Analogie von  
*prohibere aliqua re*, wie schon bei  
Terenz.

17. Die Parenthese mit dem sub-  
stantivierten *rarum* wie c. 56; 6, 10;  
13, 2 (hist. 4, 12 nach Konjektur).

populi Romani Romanis in castris sanguine suo altaria deum commaculavisset. luce demum, postquam dux et miles et facta  
 20 noscebantur, ingressus castra Germanicus perducere ad se Plancum imperat receptique in tribunal. tum fatalem increpans rabiem, neque militum, sed deum ira resurgere, cur venerint legati aperit; ius legationis atque ipsius Planci gravem et inmeritum casum, simul quantum dedecoris adierit legio, facunde  
 25 miseratur, attonitaque magis quam quieta contione legatos praesidio auxiliarium equitum dimittit.

40 Eo in metu arguere Germanicum omnes, quod non ad superiorem exercitum pergeret, ubi obsequia et contra rebellis auxilium: satis superque missione et pecunia et mollibus consultis peccatum. vel si vilis ipsi salus, cur filium parvulum, cur  
 5 gravidam coniugem inter furentes et omnis humani ac divini iuris violatores haberet? illos saltem avo et rei publicae redderet. diu cunctatus aspernantem uxorem, cum se divo Augusto ortam neque degenerem ad pericula testaretur, postremo uterum eius et communem filium multo cum fletu complexus, ut abiret  
 10 perpulit. incedebat muliebre et miserabile agmen, profuga duces uxor, parvulum sinu filium gerens, lamentantes circum amicorum coniuges, quae simul trahebantur, nec minus tristes qui manebant.

41 Non florentis Caesaris neque suis in castris, sed velut in urbe victa facies gemitusque ac planctus etiam militum aures oraque advertere: progrediuntur contuberniis. quis ille flebilis sonus? quod tam triste *agmen*? feminas inlustres, non centurionem ad tutelam, non militem, nihil imperatoriae uxoris aut comitatus soliti: pergere ad Treveros et externae fidei *dedi*. pudor inde et miseratio et patris Agrippae, Augusti avi memoria, socer Drusus, ipsa insigni fecunditate, praeclara pudicitia: iam infans

18. *Romani Romanis*, ein Polyptoton, wie Agr. 18 *dissimulatione famae famam auxit*, hist. 4, 64 *quod tandem liberi inter liberos eritis*.

23. *ius legationis* scil. *violatum*, eine prägnante Konstruktion. S. Einl. § 121.

24. *dedecus adire* (statt *admittere*) ist neu, nach Analogie von *adire periculum, labores*.

40. 2. Der Plural *obsequia* auch 2, 55; 3, 65 und schon in klassischer Zeit. — *rebellis* nach Verg. Aen. 6, 858.

3. *mollis* 'mild, mattherzig'.

5. *gravidam*. Dio 57, 5 *Ἀγριππίναν ἐγκύβουρα οὐδέν*. Der Sohn ist der damals zweijährige Gaius, später Kaiser.

6. *avo*. Der Großvater Tiberius, als Adoptivvater des Germanicus.

10. *incedebat*. Woher sie kamen, s. Anm. zu c. 39, 2.

41. 1. Die Schilderung wird im folgenden fast dramatisch, namentlich durch die plötzlich eintretende direkte Frage und durch die Art, wie Empfindungen der Reue und Gründe zur Reue sozusagen durcheinander geworfen werden.

3. *ora* übers. 'Augen'. — *progredi* mit bloßem Abl. auch Verg. A. 3, 300 *portu*. S. Einl. § 34, b.

5. *nihil imp. uxoris*, nichts von dem, was . . . zukommt. Ähnlich Quint. dece. p. 440, 26 R. *in multis nihil matris ultra titulum*.

7. *Agrippa*, Gemahl der Julia und Vater der Agrippina, starb 12 v. Chr.

8. *Drusus*, Vater des Germanicus.

in castris genitus  
 tari vocabulo Ca  
 cilianda vulgi s  
 neque flexit qua  
 maneret, pars Ag  
 regressi. isque v  
 ita coepit.

Non mihi  
 sunt, sed illum  
 ceteri exercitus  
 pro gloria vestr  
 furentibus summ  
 tantum sanguine  
 fecta Tiberii nur  
 dies inausum in  
 dabo? militesne  
 et armis circum  
 auctoritas? hos  
 gentium rupistis

— iam 'ferner'. —  
 tus, ein Irrtum, de  
 war und den Sue  
 führlich widerlegt,  
 weist, daß der Kr  
 boren war (in Ant  
 als sein Vater in  
 ging.

12. Über *aeque*  
 § 93. — *orant* un  
*maneret; obsistunt*  
*occurrantes* und *reg*

14. *recens* mit blo  
*recenti dolore* eigen  
 etwas herkommend  
*recens victoria*, 1  
*vestigia*, wie Verg.  
*caede locus*. Bei  
 mit ab, wie auch  
*recens a vulnere D*

42. Wie die al  
 läßt auch Tacitus  
 Personen redend a  
 Motive ihrer Han  
 anschaulichen. De  
 Contio (eine An  
 solchen geben Sze  
 säule) ist das Lag  
 vgl. c. 1. 39, 15 mi  
 Aufstellung der Sol  
 und die Anm. unt

3. *liberos* ist

in castris genitus, in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad concilianda vulgi studia eo tegmine pedum induebatur. sed nihil aequae flexit quam invidia in Treveros: orant obsistunt, rediret maneret, pars Agrippinae occurrentes, plurimi ad Germanicum regressi. isque ut erat recens dolore et ira, apud circumfusos ita coepit.

Non mihi uxor aut filius patre et re publica cariores sunt, sed illum quidem sua maiestas, imperium Romanum ceteri exercitus defendent. coniugem et liberos meos, quos pro gloria vestra libens ad exitium offerrem, nunc procul a furentibus summoveo, ut quidquid istud sceleris imminet, meo tantum sanguine pietur, neve occisus Augusti pronepos, interfecta Tiberii nurus nocentiores vos faciat. quid enim per hos dies inausum intemeratumve vobis? quod nomen huic coetui dabo? militesne appellem, qui filium imperatoris vestri vallo et armis circumsedistis: an cives, quibus tam proiecta senatus auctoritas? hostium quoque ius et sacra legationis et fas gentium rupistis. divus Iulius seditionem exercitus verbo uno

— iam 'ferner'. — *in castris genitus*, ein Irrtum, der sehr verbreitet war und den Sueton (Calig. 8) ausführlich widerlegt, indem er nachweist, daß der Knabe bereits geboren war (in Antium 12 n. Chr.), als sein Vater in die Provinz abging.

12. Über *aeque quam* s. Einl. § 93. — *orant* umfaßt *rediret* und *maneret*; *obsistunt* die Participia *occurrens* und *regressi*.

14. *recens* mit bloßem Ablat. (statt *recenti dolore*) eigentlich 'frisch von etwas herkommend', 15, 59, hist. 3, 77 *recens victoria*, 19 *recentia caede vestigia*, wie Verg. Aen. 9, 455 *recens caede locus*. Bei Klassikern sonst mit *ab*, wie auch Verg. Aen. 6, 450 *recens a vulnere Dido errabat*.

42. Wie die älteren Historiker, läßt auch Tacitus die handelnden Personen redend auftreten, um die Motive ihrer Handlungen zu veranschaulichen. Der Schauplatz der Contio (eine Anschauung einer solchen geben Szenen der Trajanssäule) ist das Lager der I. Legion, vgl. c. 1. 39, 15 mit 44, 7. Über die Aufstellung der Soldaten vgl. c. 34, 9 und die Anm. unten zu Z. 17.

3. *liberos* ist genereller Plural

statt des Singularis, denn die in Rom weilenden Kinder, Drusus und Nero, können in diesem Zusammenhange nicht mit gemeint sein.

5. *quidquid istud sceleris imminet* = *quidquid i. sc. est quod i.* Cf. 14, 43 *quidquid hoc in nobis auctoritatis est*, 55. Liv. 9, 3, 13 *quidquid istud praesens necessitas inusserit*. Quint. 1, 3, 4 *quidquid illud possunt*.

6. *pietur* 'abgewendet, unschädlich gemacht werde'.

7. *faciat*. Der Sing. wie z. B. Agr. 15, 6. hist. 1, 78, 12; 5, 12, 14.

8. Über *intemeratum* s. zu c. 49, 16.

10. *quibus* — (dat. iudicantis) 'in deren Augen'.

11. Die rednerische Amplifikation in den Worten *hostium* — *rupistis* ist sonst durchaus nicht Taciteisch. — *hostium ius*, denn die Unverletzlichkeit der Gesandten gilt auch für Feinde. — *sacra*, s. zu 2, 65. — *fas gentium*, zur Abwechslung statt *ius g.*

12. *seditionem*. Die zehnte Legion verlangte im J. 47 in Rom ihre Entlassung und Belohnungen. Cäsar vermochte sie, ihm nach Afrika zu folgen, und bestrafte die Rädelsführer. Dieselben Forderungen stellten im J. 30 die Veteranen des



compescuit, Quirites vocando, qui sacramentum eius detrectabant. divus Augustus vultu et aspectu Actiacas legiones ex-  
 15 terruit: nos ut nondum eosdem, ita ex illis ortos si Hispaniae Suriaeve miles aspernaretur, tamen mirum et indignum erat. primane et vicensima legiones, illa signis a Tiberio acceptis, tu tot proeliorum socia, tot praemiis aucta — egregiam duci vestro gratiam refertis! hunc ego nuntium patri,  
 20 laeta omnia aliis e provinciis audienti, feram? ipsius tirones, ipsius veteranos non missione, non pecunia satiatos; hic tantum interfici centuriones, eici tribunos, includi legatos, infecta sanguine castra, flumina, meque precariam animam inter infensos trahere.

43 Cur enim primo contionis die ferrum illud, quod pectori meo infigere parabam, detraxistis, o improvidi amici? melius et amantius ille qui gladium offerebat. cecidisset certe nondum tot flagitiorum exercitui meo conscius; legissetis ducem,  
 5 qui meam quidem mortem inpunitam sineret, Vari tamen et trium legionum ulcisceretur. neque enim di sinant ut Belgarum quamquam offerentium decus istud et claritudo sit, subvenisse Romano nomini, compressisse Germaniae populos.

Oktavian nach der Schlacht bei Actium, ließen sich aber durch ihn beruhigen.

15. *nos* ist Plur. statt des Singulars. — *ex illis* heißt ganz allgemein 'aus ihrer Familie', denn die Mutter des Germanicus, Antonia minor, war Schwestertochter des Augustus.

16. *mirum* — *erat*. Der Indikativ wie bei *posse* und *debere* auch hist. 1, 15 *mihi egregium erat*, 16 *dignus eram*, ebenfalls von der Gegenwart.

17. Die leg. I, in deren Lager die Contio stattfand, stand auf der via principalis, dem Tribunal zunächst, die leg. XX auf der via praetoria. Daher spricht G. mit *illa* die entfernter stehende (von Tiberius errichtete) Leg. XX, mit *tu* die vor ihm stehende an. (Nach Domaszewski.) — *primane* . . . *aucta*. Die Frage ist nicht zu Ende geführt, indem die Erbitterung über das Ungeheuerliche den Germ. abbrechen läßt. Also eine Art Aposiopesis.

18. *egregiam*. In ironischer Bedeutung stehen die Adjectiva vor ihrem Substantiv. Ebenso *egregius* c. 59; 3, 17 u. ö. Cic. Cat. 1, 28

*praeclaram vero populo Romano refers gratiam*.

19. *duci* i. e. Tiberio.

22. *legatos*, nicht die Gesandten, sondern die Legaten, die auch nicht fort durften.

24. *trahere* wie Liv. 3, 6, 8 *exigua in spe trahere animam*.

43. 2. *melius* — *ille qui g. offerebat* statt *melius ille offerebat*. Cf. 4, 38 *melius Augustum. qui speraverit*; Germ. 19 *melius cae civitates, in quibus tantum virgines nubunt*. Wird das Urteil in dieser weitläufigeren Form hingestellt, so bleibt ganz gewöhnlich das Verbum *facere* (oder *dicere*) fort. S. Müller zu Cic. de off. p. 53 und vgl. oben zu c. 18, 9.

3. *nondum* — *consciis* 'noch nicht mit dem Schuldbewußtsein so vieler Vergehen meines Heeres'.

6. *neque* bei Wünschen und Anforderungen noch hist. 1, 84; 2, 47. 76, dial. 13. 22. 32, bei Cic. nur zur Fortsetzung von *ut*, eines imperativischen Konjunktivs (z. B. off. 1, 26, 92) oder eines Imperativs (z. B. Att. 12, 22, 3). Wie Tac. die Dichter und die Prosa seit Livius. — *sincere* mit folgendem *ut* schon

tua, dive Augusti memoria gloria intrat, hostibus vertantur contueor, si coniugem et turbidos id st

Supplices puniret noxios retur coniunx traderetur. retum et hieme discurrunt mu ad legatum le poenas de sin tione legiones ostendebatur: cidabatur. et veret; nec C eosdem saevit haud multo provinciae ob castris trucis sceleris memo tore nomen, strenue in pr si tribuni, si

bei Terenz, da silbernen Latein

9. Die rednerische Strophe gebräuchlich am Schluß des *felix* cet.

10. *pudor* et

12. *vos quos solum mens Augustus*

13. *imperator*

14. *contactus* tagio sagt, find

deutung schon

44. 2. *et dicitur*

4. *excusavit* gend ab?

6. *vinctos*. I

25. *optimus* qu

27. S. Einl. §

8. *exercuit*, malorum exer

tua, dive Auguste, caelo recepta mens, tua, pater Druse, imago  
tui memoria isdem istis cum militibus, quos iam pudor et gloria  
intrat, eluant hanc maculam irasque civiles in exitium  
hostibus vertant. vos quoque, quorum alia nunc ora, alia pectora  
contueor, si legatos senatui, obsequium imperatori, si mihi  
coniugem et filium redditis, discedite a contactu ac dividite  
turbidos: id stabile ad paenitentiam, id fidei vinculum erit.' 15

Supplices ad haec et vera exprobrari fatentes orabant 44  
puniret noxios, ignosceret lapsis et duceret in hostem; revoca-  
retur coniunx, rediret legionum alumnus neve obses Gallis  
traderetur. reditum Agrippinae excusavit ob imminentem par-  
tum et hiemem; venturum filium: cetera ipsi exsequerentur. 5  
discurrunt mutati et seditiosissimum quemque vinctos trahunt  
ad legatum legionis primae C. Caetronium, qui iudicium et  
poenas de singulis in hunc modum exercuit. stabant pro con-  
tione legiones destinctis gladiis; reus in suggestu per tribunum  
ostendebatur: si nocentem adclamaverant, praiceps datus tru- 10  
cidabatur. et gaudebat caedibus miles, tamquam semet absol-  
veret; nec Caesar arcebat, quando nullo ipsius iussu penes  
eosdem saevitia facti et invidia erat. secuti exemplum veterani  
haud multo post in Raetiam mittuntur, specie defendendae  
provinciae ob imminentis Suebos, ceterum ut avellerentur 15  
castris trucibus adhuc non minus asperitate remedii quam  
sceleris memoria. centurionatum inde egit. citatus ab impera-  
tore nomen, ordinem, patriam, numerum stipendiorum, quae  
strenue in proeliis fecisset, et cui erant dona militaria, edebat.  
si tribuni, si legio industriam innocentiamque adprobaverant, 20

bei Terenz, dann erst wieder im  
silbernen Latein (*non sinere*).

9. Die rednerische Figur der Apo-  
strophe gebraucht Tacitus selbst  
am Schluß des Agricola: *tu vero  
felix* etc.

10. *pudor et gloria*, s. zu c. 8, 6.

12. *vos quoque* 'auch ihr', *non  
solum mens Augusti, imago Drusi* etc.

13. *imperator*, dem Kaiser.

14. *contactus*, wofür Cicero *con-  
tatio* sagt, findet sich in dieser Be-  
deutung schon bei Sallust.

44. 2. *et duceret*. S. Einl. § 61.

4. *excusavit* 'lehnte entschuldi-  
gend ab'.

6. *vinctos*. Der Plur. wie hist. 4,  
25 *optimus quisque iussis parere*,  
27. S. Einl. § 17.

8. *exercuit*, wie Verg. Aen. 6, 543  
*malorum exercet poenas*. — pro

*contione* heißt sonst 'vor der Ver-  
sammlung', hier 'als Versammlung'  
= in modum contionis.

9. *suggestus* = tribunal c. 39, 21.

14. Im Jahre 15 v. Chr. hatte  
Tiberius mit Drusus Rätien und  
Vindelicien unterworfen (die öst-  
liche Schweiz, Tirol und Bayern  
bis zur Donau, östlich bis zum  
Inn).

15. *Suebos*, s. zu 2, 44, 5. Über  
*ceterum* s. zu c. 10.

17. *centurionatus* bedeutet hier  
'die Wahl neuer Centurionen',  
während es sonst (wie *optionatus*,  
*decurionatus*) das Amt bezeichnet.

20. *innocentia* 'die Uneigennützig-  
keit' *quae nemini infert iniuriam  
nocendi causa*, im Gegensatz zu  
*avaritia (iniuriosa appetitio aliorum*  
Rhet. Her. 4, 25, 35).

retinebat ordinem: ubi avaritiam aut crudelitatem consensu obiectavissent, solvebatur militia.

45 Sic compositis praesentibus haud minor moles supererat ob ferociam quintae et unetvicensimae legionum, sexagensimum apud lapidem (loco Vetera nomen est) hibernantium. nam primi seditionem coeptaverant, atrocissimum quodque facinus horum manibus patratum; nec poena commilitonum exterriti nec paenitentia conversi iras retinebant. igitur Caesar arma classem socios demittere Rheno parat, si imperium detrectetur, bello certaturus.

46 At Romae nondum cognito, qui fuisset exitus in Illyrico, et legionum Germanicarum motu audito, trepida civitas incusare Tiberium quod, dum patres et plebem, invalida et inermia, cunctatione ficta ludificetur, dissideat interim miles neque duorum adolescentium nondum adulta auctoritate comprimi queat. ire ipsum et opponere maiestatem imperatoriam debuisse cessuris, ubi principem longa experientia eundemque severitatis et munificentiae summum vidissent. an Augustum fessa aetate totiens in Germanias commeari potuisse: Tiberium vigentem annis sedere in senatu, verba patrum cavillantem? satis prospectum urbanae servituti: militaribus animis adhibenda fomenta, ut ferre pacem velint.

47 Innotum adversus eos sermones fixumque Tiberio fuit

21. Dem nachklassischen Prinzip der stilistischen Abwechslung entsprechend, folgt hier auf *si* mit dem Indikativ *ubi* mit dem Konjunktiv der Wiederholung. Ähnlicher Wechsel der Partikeln: 4, 17 *si nulla et ubi nimia est*. — Livius hat jenen Konjunktiv nach *ubi* schon häufig.

45. 3. *Vetera* scil. *castra*, ein befestigtes Standlager am linken Rheinufer unweit Xanten im Regierungsbezirk Düsseldorf, vielleicht beim heutigen „Birten“. — Bei *nomen est* setzt Tacitus gewöhnlich den Nominativ, den Dativ nur bei Adjektiven 1, 31; 2, 8; hist. 2, 43; 3, 6; Germ. 34. Der Genetiv steht 4, 59; 14, 50; 15, 37; hist. 4, 18 (s. Nipp.-Andresen zu ann. 2, 16). Bei Cic. und Caes. ist der Nom. Regel (Ausnahmen nur pro Rosc. Am. § 17. Verr. 3 § 74 und 5 § 16), bei Sall. wie im alten Latein der Dativ.

6. Den Plural *irae* hat auch Livius, *iraecundiae* Cicero und Tacitus. S. Einl. § 1, a.

8. *certaturus*. Über das Partic.

futuri mit davon abhängigem Bedingungssatze s. Einl. § 104.

46. 1. *cognito* wie 14, 34; schon bei Livius. S. Einl. § 112.

3. *invalida et inermia* (die kraft- und wehrlosen Glieder des Staats) substantivierte Adjectiva als Apposition in neutraler Form, hier zur Bezeichnung des Verächtlichen. Ebenso im Prädikat: hist. 5, 5 *parentes liberos fratres vitia habere*. Auf Feminina zurückbezogen: 11, 16 *comitatem et temperantiam, nulli invisam*; hist. 2, 20; 3, 70.

4. *cunctatione* bezieht sich auf sein erheucheltes Zaudern beim Regierungsantritt, c. 11. — *dissidere* hier 'sich empören', ebenso ungewöhnlich und neu wie *discors* und *discordare* in ähnlicher Bedeutung; s. zu c. 38.

6. *cessuris ubi*, wie c. 45 *certaturus si*. Über *experientia* s. zu c. 4.

9. *vigentem annis*. Über sein Alter s. zu c. 11.

47. 1. *Innotum fixumque* nach Verg. Aen. 4, 15.

non omittere cap  
dare. multa qu  
maniam exercit  
opibus subnixus  
ac ne postpositi  
adiri maiestate s  
adulescentibus ex  
tisque Germanic  
quod aliud subs  
ut iam iamque  
adornavit naves:  
prudentes, dein

At Germani  
in defectores ult  
exemplo sibi ips  
venire se valida  
nsumurum promisc  
et quod maxime  
cunctos infamiae  
pace causas et r  
ac noxios iuxta  
postquam maiore  
tentia legati sta  
seditioni prompt

2. *se in casum d*  
gebildete Phrase.

3. *quippe* in An  
Agr. 3, dann auch  
und öfter, fehlt in  
häufig im Spätlat  
apud, willkürliche  
Präpositionen. Ein

5. *quos statt utro*  
*pro tempore foret*,  
doch schon bei Ci  
com. 7, 21, Att. 16

3, 1), Caes. b. G.  
Verg. Aen. (12, 719

Liv. 21, 39 *quae pars*

6. *ac ne*. Aus d  
den angebant ist

Fürchtens zu supp

8. *excusatum*. So

Latein, wie 3, 68  
acciperentur, Plin.

9. *excusatus facies*; 4,

11. *ut — iturus*,  
chischen *ōs* mit P

4, 33 *ut arguens*, h  
turus. Fehlt bei S

non omittere caput rerum neque se remque publicam in casum dare. multa quippe et diversa angebant: validior per Germaniam exercitus, propior apud Pannoniam; ille Galliarum opibus subnixus, hic Italiae imminens: quos igitur anteferet? 5 ac ne postpositi contumelia incenderentur. at per filios pariter adiri maiestate salva, cui maior e longinquo reverentia. simul adulescentibus excusatum quaedam ad patrem reicere, resistentisque Germanico aut Druso posse a se mitigari vel infringi: quod aliud subsidium, si imperatorem sprevisent? ceterum 10 ut iam iamque iturus legit comites, conquisivit impedimenta, adornavit naves: mox hiemem aut negotia varie causatus primo prudentes, dein vulgum, diutissime provincias fefellit.

At Germanicus, quamquam contracto exercitu et parata 48 in defectores ultione, dandum adhuc spatium ratus, si recenti exemplo sibi ipsi consularent, praemittit litteras ad Caecinam, venire se valida manu ac, ni supplicium in malos praesumant, usurum promiscua caede. eas Caecina aquiliferis signiferisque 5 et quod maxime castrorum sincerum erat occulte recitat, utque cunctos infamiae, se ipsos morti eximant hortatur: nam in pace causas et merita spectari; ubi bellum ingruat, innocentes ac noxios iuxta cadere. illi temptatis quos idoneos rebantur, postquam maiorem legionum partem in officio vident, de sen- 10 tentia legati statuunt tempus, quo foedissimum quemque et seditioni promptum ferro invadant. tunc signo inter se dato

2. *se in casum dare* ist eine neu gebildete Phrase.

3. *quippe* in Anastrophe zuerst Agr. 3, dann auch ann. 2, 15. 33 und öfter, fehlt in den Historien, häufig im Spätlatein. — *per* — *apud*, willkürlicher Wechsel der Präpositionen. Einl. § 60.

5. *quos* statt *utros*, wie 3, 1 *quid pro tempore foret*, überall selten, doch schon bei Cicero (pro Rosc. com. 7, 21, Att. 16, 14, 1, fam. 7, 3, 1), Caes. b. G. (5, 44, 2) und Verg. Aen. (12, 719. 727), dann bei Liv. 21, 39 *quae pars sequenda esset*, 7, 9.

6. *ac ne*. Aus dem vorausgehenden *angebant* ist der Begriff des Fürchtens zu supplieren.

8. *excusatum*. So nur im silbernen Latein, wie 3, 68 *quo excusatus acciperentur*, Plin. ep. 9, 21, 3 *excusatus facies*; 4, 5, 4.

11. *ut* — *iturus*, nach dem griechischen  $\omega\varsigma$  mit Partizip; so auch 4, 33 *ut arguens*, hist. 3, 68 *ut positurus*. Fehlt bei Sallust, bei Cicero

und Cäsar nur in Verbindungen wie ad Att. 2, 18, 3 *me tueor, ut oppressis omnibus, non demisse, ut tantis rebus gestis, parum fortiter*, b. G. 3, 18, 8 *laeti ut explorata victoria*, nicht mit Part. futuri; seit Livius häufiger.

13. *vulgum*. Diese Form des Akkus., bei Cic. fehlend, hat Tac. häufig.

48. 3. *Caecina*, s. c. 31 fg.

7. *eximere* mit dem Dativ (st. *ex* oder *de*) zuerst bei Vergil (Aen. 9, 447), dann im silbernen Latein.

9. *iuxta* hier statt *promiscue*. Dies Adverb, von Tacitus häufig in übertragenem Sinne gebraucht, haben die Früheren selten und zwar gewöhnlich mit *ac si, atque, que, et, quam, cum*.

10. *postquam* mit dem Präsens von *videre* auch 14, 60, hist. 4, 57. Ebenso bei Früheren, wie Plautus und Terenz, Sallust und Livius.

12. *promptum*. Über das Erlahmen der Steigerung s. zu 2, 5, 4.

inrumpunt contubernia, trucidant ignaros, nullo nisi conscis noscente quod caedis initium, quis finis.

- 49 Diversa omnium, quae umquam accidere, civilium armorum facies. non proelio, non adversis e castris, sed isdem e cubilibus, quos simul vescentis dies, simul quietos nox habuerat, discedunt in partes, ingerunt tela. clamor vulnera sanguis palam, causa in occulto; cetera fors regit. et quidam bonorum caesi, postquam intellecto in quos saeviretur, pessimi quoque arma rapuerant. neque legatus aut tribunus moderator adfuit; permessa vulgo licentia atque ultio et satietas. mox ingressus castra Germanicus, non medicinam illud plurimis cum lacrimis sed eladem appellans, cremari corpora iubet.

- Truces etiam tum animos cupido involat eundi in hostem, piaculum furoris; nec aliter posse placari commilitonum manes, quam si pectoribus impiis honesta vulnera accepissent. sequitur ardorem militum Caesar iunctoque ponte tramittit duodecim milia e legionibus, sex et viginti socias cohortis, octo equitum alas, quarum ea seditione intemerata modestia fuit.

- 50 Laeti neque procul Germani agitabant, dum iustitio ob amissum Augustum, post discordiis attinemur. at Romanus agmine propero silvam Caesiam limitemque a Tiberio coeptum scindit, castra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concaedibus munitus. inde saltus obscuros permeat consultat-

13. *inrumpere* mit bloßem Akkusativ schon bei Cäsar und Sallust. Vgl. Einl. § 25, c. Selten verbindet es Tacitus mit *in* oder *ad*.

14. *noscere* 'erfahren'.

49. 1. *diversa* sc. *ab his*.

2. *facies* gebraucht Tacitus oft, um das Äußere einer Sache zu bezeichnen, wie *facies belli, pugnae, victoriae, laborum, locorum*. So nur Vergil und die Prosaiker des silbernen Zeitalters.

5. Dem Adverb *palam* steht gegenüber *in occulto*, wie demselben 12, 13 *per occulta* folgt, hist. 2, 57 *inter secreta convivii*. Ähnlich ann. 6, 7 *propalam* — *per occultum*, 12, 46 *propalam* — *secretis nuntiis*.

6. *intellecto* wie Justin. 38, 3, 6.

9. *illud*, s. Einl. § 18, a. Bei Definitionen ist das Neutrum ebenso notwendig, wie Cic. Phil. 1, 10, 26 *quod ita erit gestum, id lex erit*.

11. Obgleich *involare* aliquem schon bei Plautus steht, ist doch die Phrase *cupido me involat* neu gebildet und ἀπ. εἰρ.

12. Über die Apposition *piaculum* s. Einl. § 47.

16. *intemeratus*, wie c. 42, zuerst bei Verg. Aen. 3, 178 *et munera libo intemerata focis*. Sonst nur bei Späteren; bei Tacitus erst in den größeren Werken.

50. 2. Über *attinere* in dieser Bedeutung s. zu c. 35.

3. *agmine propero*, Neuerung für *magnis itineribus*, ebenso *cito agm.* — *Caesia*, sonst nicht bekannt.

4. Die *limites* der Römer waren breite Grenzwälle am Rhein und an der Donau. — *scindit*, er öffnet den Wall, läßt ihn durchstechen, um mit der Reiterei und Bagage hindurch zu können. Caes. b. G. 3, 5 *vallum scindere*. — *in limite* 'auf' (nicht neben od. an) dem Grenzwall. — *frontem* — *munitus*. Der griechische Akkusativ wie 4, 20 *frontem tergaque ac latus tuti*. S. Einl. § 24.

5. Der technische Ausdruck *concaedes* fehlt noch bei den älteren Historikern.

ex duobus itin  
et intemptat  
via cetera a  
eam Germa  
cum expedi  
iubetur; leg  
sideribus inlus  
stationes  
nullo metu  
disiecta erant  
et soluta  
Caesar avidas  
in cuneos dis  
pervast  
profana sin  
quod Tan  
milites, qui se  
ea caedes B  
regre  
itineri et proel  
mox pri  
unetvicensima  
terga firmavit  
per saltus p  
adulantes,

7. *eoque* = *ideoque*;  
den Historien und An  
passivisch, wie  
12 Kr., Liv. 25, 3

10. Über *obstantia*  
Einl. § 40, b.

12. Die Marsen w  
zwischen der Lippe u

13. *stratis* scil. Mar  
iv, nicht Abl. abs.

14. *antepositis* unge  
dispositis, auch 12, 56

15. *ac ne pax qui*  
nach ihre Ruhe war n  
nahrung und Erschla

16. Schon Cicero g  
genus von abstrak  
wie *senectus, studium*,

16. *inter temulentos*  
lesti essent; vgl. his

*inter temulentos arma*  
durch Sall. z. B. C

*haec parata atque*  
inter mit der Person

que ex duobus itineribus breve et solitum sequatur an inpe-  
ditius et intemptatum eoque hostibus incautum. delecta lon-  
giore via cetera adcelerantur: etenim attulerant exploratores  
festam eam Germanis noctem ac sollempnibus epulis ludicram.  
Caecina cum expeditis cohortibus praeire et obstantia silvarum 10  
amoliri iubetur; legiones modico intervallo sequuntur. iuvit  
nox sideribus inlustris, ventumque ad vicos Marsorum et cir-  
cumdatae stationes stratis etiam tum per cubilia propterque  
mensas, nullo metu, non antepositis vigiliis: adeo cuncta in-  
curia disiecta erant neque belli timor, ac ne pax quidem nisi 15  
languida et soluta inter temulentos.

Caesar avidas legiones, quo latior populatio foret, quat-51  
tuor in cuneos dispertit; quinquaginta milium spatium ferro  
flammisque pervastat. non sexus, non aetas miserationem  
attulit, profana simul et sacra et celeberrimum illis gentibus  
templum, quod Tanfanae vocabantur, solo aequantur. sine vul- 5  
nere milites, qui semisomnos, inermos aut palantis cederant.  
excivit ea caedes Bructeros, Tubantes, Usipetes, saltusque, per  
quos exercitui regressus, insedere. quod gnarum duci inessit-  
que itineri et proelio. pars equitum et \* auxiliariae cohortes  
ducebant, mox prima legio, et mediis impedimentis sinistrum 10  
latus unetvicensimani, dextrum quintani clausere, vicensima  
legio terga firmavit, post ceteri sociorum. sed hostes, donec  
agmen per saltus porrigeretur, immoti, dein latera et frontem  
modice adsultantes, tota vi novissimos incurrere. turbabantur-

7. *eoque* = *ideoque*; so immer in den Historien und Annalen. — *incautus* passivisch, wie Sall. hist. fr. inc. 12 Kr., Liv. 25, 38, 14.

10. Über *obstantia silvarum* vgl. Einl. § 40, b.

12. Die Marsen wohnten etwa zwischen der Lippe und der Ruhr.

13. *stratis* scil. Marsis, wohl Dativ, nicht Abl. abs.

14. *antepositis* ungewöhnlich statt *dispositis*, auch 12, 56.

15. *ac ne pax quidem* cet. 'und auch ihre Ruhe war nur die der Ermattung und Erschlaffung?'

16. Schon Cicero gebraucht *languidus* von abstrakten Begriffen wie *senectus, studium, voluptates*.

16. *inter temulentos* = *cum temulenti essent*; vgl. hist. 1, 80 *visa inter temulentos arma*. Vorbereitet durch Sall. z. B. Cat. 43, 3 *inter haec parata atque decreta*, aber *inter* mit der Person ist neu; ver-

gleichbar bereits Cic. ad fam. 16, 11, 3, s. Nägelsb.-Müll. Stil.<sup>9</sup> p. 498.

51. 2. *ferro flammisque* wie hist. 3, 73, cf. 14, 38 *igni atque ferro*, 11, 23 *ferro vique*, Cic. de prov. cons. 10 *flamma ac ferro*, Liv. 23, 41 *ferro atque igni*, 35, 11 *ferro flammaque*.

5. *Tanfana*, eine sonst nicht näher bekannte Gottheit. Da mit *templum* jeder geweihte Ort bezeichnet wird, so paßt es auch auf die heiligen Haine der Germanen.

7. Die Brukterer nördlich von den Marsen, die Tubanten an der Ruhr, die Usipeter zwischen Lippe und Main.

8. *incessit*. Über den Dativ s. Einl. § 31, b.

9. Hinter *et* fehlt eine Zahl.

12. *ceteri* c. gen. wie Liv. 42, 15, 10 *amicorum*.

14. *adsultare* hat Tacitus sonst mit dem Dativ, hier mit Akkus. nach Analogie von *insulto, accedo, accorro, advehor, advento, advolvor*. — *incurro* mit dem Akkus. auch

llo nisi conceis  
civilium armo-  
ris, sed isdem e  
os nox habuerat,  
vulnera sanguis  
quidam bonorum  
pessimi quoque  
oderator adfuit;  
mox ingressus  
mis cum lacrimis  
eundi in hostem  
nilitonum manes  
cepissent. sequi-  
tramittit duode-  
s cohortis, octo  
modestia fuit.  
dum iustitio ob  
ar. at Romanus  
Tiberio coeptum  
gum vallo, latera  
rmeat consultat-  
Apposition *piaculum*  
us, wie c. 42, zuerst  
3, 178 et *numera*  
focis. Sonst nur bei  
Tacitus erst in des  
en.  
attinere in dies  
a c. 35.  
oppo, Neuerung für  
s, ebenso cito agm  
t nicht bekannt.  
e der Römer waren  
le am Rhein und an  
cindit, er öffnet den  
durchstechen, um  
ei und Bagage hin-  
n. Caes. b. G. 3, 3  
— in limite 'auf  
an) dem Grenzwal-  
unitus. Der griechi-  
wie 4, 20 *frontem*  
s tuti. S. Einl. § 24  
ische Ausdruck *con-*  
ch bei den älteren

- 15 que densis Germanorum catervis leves cohortes, cum Caesar  
adventus ad vicensimanos voce magna hoc illud tempus ob-  
literandae seditionis clamitabat: pergerent, properarent culpam  
in decus vertere. exarsere animis unoque impetu perruptum  
hostem redigunt in aperta caeduntque; simul primi agminis  
20 copiae evasere silvas castraque communivere. quietum inde iter  
fidensque recentibus ac priorum oblitus miles in hibernis locatur.
- 52 Nuntiata ea Tiberium laetitia cura adfecere: gaudebat  
oppressam seditionem, sed quod largiendis pecuniis et missione  
festinata favorem militum quaesivisset, bellica quoque Germa-  
nici gloria angebatur. rettulit tamen ad senatum de rebus  
5 gestis multaque de virtute eius memoravit, magis in speciem  
verbis adornata quam ut penitus sentire crederetur. pauciori-  
bus Drusum et finem Illyrici motus laudavit, sed intentior et  
fida oratione. cunctaque quae Germanicus indulserat, servavit  
etiam apud Pannonicos exercitus.
- 53 Eodem anno Iulia supremum diem obiit, ob impudicitiam  
olim a patre Augusto Pandateria insula, mox oppido Regi-  
norum, qui Siculum fretum accolunt, clausa. fuerat in matri-  
monio Tiberii florentibus Gaio et Lucio Caesaribus spreveratque  
5 ut inparem; nec alia tam intima Tiberio causa cur Rhodum  
abscederet. imperium adeptus extorrem, infamem et post  
interfectum Postumum Agrippam omnis spei egenam inopia  
ac tabe longa peremit, obscuram fore necem longinquitate exilii  
ratus. par causa saevitiae in Sempronium Gracchum, qui  
10 familia nobili, sollers ingenio et prave facundus, eandem  
Iuliam in matrimonio Marci Agrippae temeraverat. nec is  
libidini finis: traditam Tiberio pervicax adulter contumacia  
et odiis in maritum accendebat; litteraeque quas Iulia patri

2, 17 und schon bei Sallust hist. fr. inc. 30 Kr.; öfter gebraucht Tac. so *incursare*.

16. *hoc illud tempus*, zu c. 42, 5.

20. *evasere silvas* wie 3, 14; 5, 10; Agr. 33. 44. So schon *excedere* und *egredi* bei Livius.

52. 2. Über die Koordination des Nebensatzes (*quod — quaesivisset*) mit folgendem Ablat. causae s. zu c. 35.

3. Das Subjekt von *quaesivisset* ist Tiberius, in dessen Namen Germ. gehandelt hat.

7. *intentior* 'angelegentlicher, wärmer'.

9. *exercitus* statt *legiones*, öfter in den Hist. und Ann., auch Agr. 5.

53. 2. *Pandateria*, im Golf von Neapel, eine der Ponzainseln.

3. Der Zusatz *qui — accolunt* soll die Stadt von Regium in Oberitalien unterscheiden.

4. *Tiberii*, seit 12 v. Chr. Ihr Sohn Gaius starb im J. 4, Lucius 2 n. Chr.

5. *inparem* 'nicht ebenbürtig', hist. 2, 50 *maternum genus inpar.* — *intima* 'tief'.

6. Über *et* als drittes Satzglied s. Einl. § 61.

7. *Agrippam*, s. c. 6.

8. *obscuram fore* 'unbemerkt bleiben werde'. — *longinquitate*, seit 15 Jahren.

9. Dieser Gracchus ist sonst wenig bekannt.

12. *contumacia et odiis*. Bekanntes Abl. causalis oder instrumentalis nach der Analogie von *proelio laces-*

Augusto cum ins  
erebentur. ig  
quattuordecim  
missi invenere  
quorum adventu  
uxori Alliarie  
obtulit, constant  
vita degeneraver  
L. Asprenate p  
Tiberio, qui fan  
speraverat.

Idem annu  
Augustalium sac  
Sabinorum sacr  
primoribus civit  
Claudius et Ge  
primum coeptos  
dulserat ei ludic  
in amorem Bath  
civile rebatur m  
via, sed popul  
audebat ad dur

Druso Caes  
nico triumphus  
summa ope par

sere, hospitio invi  
Präposition des Zi  
(ad oder in c. Acc.)  
ira magis quam m  
derant; 4, 3 hanc  
u. sonst.

15. *Cercina* im  
der kleinen Syr  
Thapsus.

16. *annis*. De  
bei Plaut. Bacch  
*absens a patria a*  
5, 6 *vix decem*  
urbem. Cic. de  
*saeclis verax fuiss*

17. *in prominere*  
56 *post multum v*  
§ 40 am Ende.

20. Zu dem p  
der gens Semp  
Gracchen gehört.

21. *vita*, vgl.  
*vita non degener.*

22. *Asprenas* is

Augusto cum insectatione Tiberii scripsit, a Graccho compositae credebantur. igitur amotus Cercinam, Africi maris insulam, 15 quattuordecim annis exilium toleravit. tunc milites ad caedem missi invenere in prominenti litoris, nihil laetum opperientem. quorum adventu breve tempus petivit, ut suprema mandata uxori Alliariae per litteras daret, cervicemque percussoribus obtulit, constantia mortis haud indignus Sempronio nomine: 20 vita degeneraverat. quidam non Roma eos milites, sed ab L. Asprenate pro consule Africae missos tradidere auctore Tiberio, qui famam caedis posse in Asprenatem verti frustra speraverat.

Idem annus novas caerimonias accepit addito sodalium 54 Augustalium sacerdotio, ut quondam Titus Tadius retinendis Sabinorum sacris sodales Titios instituerat. sorte ducti e primoribus civitatis unus et viginti: Tiberius Drususque et Claudius et Germanicus adiciuntur. ludos Augustales tunc 5 primum coeptos turbavit discordia ex certamine histrionum. indulserat ei ludicro Augustus, dum Maecenati obtemperat effuso in amorem Bathylli; neque ipse abhorrebat talibus studiis, et civile rebatur misceri voluptatibus vulgi. alia Tiberio morum via, sed populum per tot annos molliter habitum nondum 10 audebat ad duriora vertere.

Druso Caesare C. Norbano consulibus decernitur Germa- 55 nico triumphus manente bello; quod quamquam in aestatem summa ope parabat, initio veris et repentino in Chattos ex-

*sere, hospitio invitare*, wo wir eine Präposition des Zieles oder Zweckes (*ad* oder *in* c. Acc.) erwarten. Cf. 15, 4 *ira magis quam metu ceteros accenderant*; 4, 3 *hanc adulterio pellexit* u. sonst.

15. *Cercina* im nördlichen Teile der kleinen Syrte, südlich von Thapsus.

16. *annis*. Der Ablativ ebenso bei Plaut. Bacch. 6 *viginti annis absens a patria afuit*. Nep. Epam. 5, 6 *vix decem annis unam cepit urbem*. Cic. de div. 1, 19 *multis saeculis verax fuisse id oraculum*.

17. *in prominenti litoris*, wie 12, 56 *post multum vulnereum*. S. Einl. § 40 am Ende.

20. Zu dem patrizischen Zweige der gens Sempronii hatten die Gracchen gehört.

21. *vitā*, vgl. 4, 61 *Agrippa — vitā non degener*.

22. *Asprenas* ist derselbe, der als

Legat aus der Varianischen Niederlage entkommen war.

54. 2. Dagegen sagt Tacitus früher irrümlich hist. 2, 95, wo er die Augustales ebenfalls erwähnt, daß Romulus den Kultus der Titii gegründet habe. — Über den Dativ des Gerundivums s. Einl. § 109, b.

7. Über *dum* mit kausaler Nebenbedeutung s. Einl. § 90.

8. Der Schauspieler Bathyllus wird als Erfinder der Pantomimen genannt. — *abhorre* mit bloßem Ablativ (oder Dativ) bei Tac. noch 14, 21, hist. 5, 24 statt a.

10. *habere* 'behandeln', wie Plin. ep. 5, 19 *video quam molliter tuos habeas*, öfter in den Annalen und schon bei Sallust, Livius und Curtius.

55. 3. *et* vor *repentino* überflüssig, aber echt Taciteisch, vgl. c. 29. 65; 2, 44; 3, 37. 61 usw. (Einl. § 120, b.) Cic. de fin. 1, 10, 33 *temporibus autem quibusdam et aut officiis de-*



cursu praecepit. nam spes inceserat dissidere hostem in  
 5 Arminium ac Segestem, insignem utrumque perfidia in nos  
 aut fide. Arminius turbator Germaniae; Segestes parari rebel-  
 lionem saepe alias et supremo convivio, post quod in arma  
 itum, aperuit suasitque Varo ut se et Arminium et ceteros  
 proceres vinciret: nihil ausuram plebem principibus amotis,  
 10 atque ipsi tempus fore, quo crimina et innoxios discerneret.  
 sed Varus fato et vi Armini cecidit; Segestes quamquam con-  
 sensu gentis in bellum tractus discors manebat auctis priva-  
 tim odiis, quod Arminius filiam eius alii pactam rapuerat,  
 gener invisus inimici soceri, quaeque apud concordes vincula  
 15 caritatis, incitamenta irarum apud infensos erant.  
 56 Igitur Germanicus quattuor legiones, quinque auxiliarium  
 milia et tumultuarias catervas Germanorum cis Rhenum colen-  
 tium Caecinae tradit; totidem legiones, duplicem sociorum  
 numerum ipse ducit positoque castello super vestigia paterni  
 5 praesidii in monte Tauno expeditum exercitum in Chattos

*bitis aut rerum necessitatibus saepe evenit.* Sall. Jug. 98, 4 *ipse paulatim dispersos milites neque minus hostibus conturbatis in unum contrahit.* (Über Livius s. Weißenborn zu 5, 18, 5 und 22, 19, 11.) — Die Chatten wohnten zwischen dem Rhein und unteren Main, in Hessen und Nassau.

4. *spes* mit dem Infin. des Präsens, wie Liv. 33, 5 *spem nactus per Timonem urbem prodi.* Das Verbum *spero* hat diesen Infinitiv, das alsbald erfolgende oder bereits erfolgte Eintreten der Handlung bezeichnend, schon bei Cicero und Cäsar. Vgl. *μείλω* mit dem Inf. Praes. — *dissidere in* bezeichnet die Verteilung (früher *inter*), wie Tacitus auch *in* setzt bei *distribuo* 2, 8, *partior* hist. 3, 58 (nach Verg. Aen. 1, 194) und *divido* (nach Livius 40, 59).

5. *Arminius*, der hier zuerst bei Tacitus auftritt, Sohn des Segimär, wird im J. 21 von den Seinigen ermordet (s. 2, 88, wo auch sein Lob). Arminius ist wahrscheinlich der einheimische Individualname, römisch umgeformt, als er zum Eintritt in das röm. Heer das Bürgerrecht erhielt (Vell. 2, 118); doch ist die Gleichstellung mit 'Hermann' unrichtig, da dies etwa Chariomannus lauten müßte (vgl. 2, 11 Chariovalda).

*Segestes* kommt nur in diesem Buche vor, außerdem bei Velleius, Florus und Strabo.

6. *aut* nach *uterque*. Beides zusammen steht für *alter — alter*, wie c. 16. Vgl. Prop. 2, 22, 33 *illi vel classes poterant vel perdere muros.* — *turbator* hat hier noch die alte Kraft der Subst. auf *or*, so daß es der Persönlichkeit einen Stempel aufdrückt.

10. *crimina et innoxios*, gegen die Konzinnität. S. Einl. § 119, 16.

14. *invisus* bezieht sich nur auf die neu entstandene Verwandtschaft, *inimici* (Genetiv) auf ihre alte Feindschaft, enthält also keine Tautologie.

56. 2. Deutsche Stämme auf dem linken Ufer des Niederrheins waren: die Bataver, Ubiar und ein Teil der Sugambren. Die beiden letzteren waren vom rechten Ufer herübergekommen. — *colere* 'wohnen' fehlt bei Klassikern, die es transitiv gebrauchen.

4. *paterni praesidii*. Drusus hatte zwei Kastelle, eins an der Lippe, ein zweites im Lande der Chatten am Rhein angelegt.

5. Der Taunus, wie er auf Grund dieser Stelle seit 100 Jahren wieder heißt (doch im Volke 'die Höhe'), im südlichen Nassau.

rapit, L. Apron  
 nam (rarum illi  
 iter properaven  
 metuebatur. se  
 imbecillum acta  
 turventus flumen  
 tem coeptantis  
 temptatis frustra  
 nicum perfugiss  
 disperguntur. C  
 populatus vertit  
 laecessere, quod  
 midinem cessit.  
 exterruit Caecin  
 ausos prospero

Neque mu  
 orantes adversu  
 validiore apud  
 barbaris, quant  
 rebusque motis  
 filium, nomine  
 batur. quippe  
 aram Ubiorum  
 adductus tamen

6. *rapere* statt *ro*  
 4, 26 *cito agmine ro*  
 15, 8 *rapit exercitu*  
*Taurum.* So zuerst  
 10, 308 *sed rapit*  
*in Teucros.* — *Apr*  
 Germanicus, erhält  
 selben Jahre die  
 Triumphes. Von  
 Prokonsul von Afri  
 an Brücken ist zu  
 die Parenthese mit  
 8. *properare* bei  
 nach dem Vorgang  
 Jug. 105, 2 *itineris p*  
 Ebenso *festinare.*  
 9. *metuebatur* r  
 nach *auctus*, wie  
 klassischen Sprac  
 Gewöhnliches ist,  
 de off. 1, 35, 128  
*sessio accubatio, v*  
*num motus teneo*  
 Vgl. auch c. 42  
 Or. met. 1, 99  
 ensis erat.

rapit, L. Apronio ad munitiones viarum et fluminum relicto. nam (rarum illi caelo) siccitate et amnibus modicis inoffensum iter properaverat, imbresque et fluminum auctus regredienti metuebatur. sed Chattis adeo improvisus advenit, ut quod imbecillum aetate ac sexu statim captum aut trucidatum sit. 10 iuventus flumen Adranam nando tramiserat, Romanosque pontem coeptantis arcebant; dein tormentis sagittisque pulsi, temptatis frustra condicionibus pacis, cum quidam ad Germanicum perflugissent, reliqui omissis pagis vicisque in silvas disperguntur. Caesar incenso Mattio (id genti caput) aperta 15 populatus vertit ad Rhenum, non auso hoste terga abeuntium lacessere, quod illi moris, quotiens astu magis quam per formidinem cessit. fuerat animus Cheruscis iuvare Chattos, sed exterruit Caecina huc illuc ferens arma; et Marsos congregi ausos prospero proelio cohibuit. 20

Neque multo post legati a Segeste venerunt auxilium 57 orantes adversus vim popularium, a quis circumsedebatur, validiore apud eos Arminio, quoniam bellum suadebat: nam barbaris, quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus rebusque motis potior habetur. addiderat Segestes legatis 5 filium, nomine Segimundum: sed iuvenis conscientia cunctabatur. quippe anno quo Germaniae descivere sacerdos apud aram Ubiorum creatus ruperat vittas, profugus ad rebelles. adductus tamen in spem clementiae Romanae pertulit patris

6. *rapere* statt *raptim ducere*, wie 4, 25 *cito agmine rapiuntur cohortes*, 15, 8 *rapit exercitum trans montem Taurum*. So zuerst bei Verg. Aen. 10, 308 *sed rapit acer totam aciem in Teucros*. — *Apronius*, Legat des Germanicus, erhält noch in demselben Jahre die Insignien des Triumphes. Von 18 bis 20 ist er Prokonsul von Afrika. — *fluminum*, an Brücken ist zu denken. — Über die Parenthese mit *rarum* s. zu c. 39.

8. *properare* bei Tac. oft transitiv nach dem Vorgange des Sall. (z. B. Jug. 105, 2 *itineris properandi causa*). Ebenso *festinare*.

9. *metuebatur* richtet sich bloß nach *auctus*, wie das auch in der klassischen Sprache etwas ganz Gewöhnliches ist, s. Müller zu Cic. de off. 1, 35, 128 *status incessus, sessio accubitio, vultus oculi, manuum motus teneat illud decorum*. Vgl. auch c. 42 *faciat* und z. B. Ov. met. 1, 99 *non galeae, non ensis erat*.

11. *Adrana* ist die Eder in Kurhessen; sie fällt in die Fulda.

12. *pulsi* — *quidam, reliqui* s. 2, 64, 11.

15. *Mattium* im Lande der Mattiaker nördlich von der Eder. Dies Volk wanderte später südlich in das jetzige Nassau. In seinem Gebiete liegen die schon den Römern bekannten Heilquellen. — *aperta populatus*, wie Germ. 16.

18. Die Cherusker, die schon Cäsar kennt, wohnten, durch den Wald Bacenis von den Sueben getrennt, zwischen der Weser und Elbe, dem Harz und der Aller.

19. Statt des asyndetischen *huc illuc*, welches Tacitus nur in den Hist. und Annalen hat, sagt er auch *huc et, atque, vel illuc*.

57. 4. Über *quanto quis* mit dem Positiv s. Einl. § 97, b.

5. *rebusque motis*, vgl. 14, 61 *ducentantum defuisse, qui motis rebus facile reperiretur*.

8. *ara Ubiorum* = Köln. S. zu c. 36.

- 10 mandata benigneque exceptus cum praesidio Gallicam in ripam missus est. Germanico pretium fuit convertere agmen, pugnantumque in obsidentis, et ereptus Segestes magna cum propinquorum et clientium manu. inerant feminae nobiles, inter quas uxor Arminii eademque filia Segestis, mariti magis quam  
 15 parentis animo, neque evicta in lacrimas neque voce supplex, compressis intra sinum manibus gravidum uterum intuens. ferebantur et spolia Varianae cladis, plerisque eorum qui tum in deditionem veniebant praedae data; simul Segestes ipse, ingens visu et memoria bonae societatis inpauidus.
- 58 Verba eius in hunc modum fuere: 'non hic mihi primus erga populum Romanum fidei et constantiae dies. ex quo a divo Augusto civitate donatus sum, amicos inimicosque ex vestris utilitatibus delegi, neque odio patriae (quippe proditores etiam iis quos anteponunt invisus sunt), verum quia Romanis Germanisque idem conducere et pacem quam bellum probabam. ergo raptorem filiae meae, violatorem foederis vestri, Arminium apud Varum, qui tum exercitui praesidebat, reum feci. dilatus segnitia ducis, quia parum praesidii in  
 10 legibus erat, ut me et Arminium et conscios vinceret flagitavi: testis illa nox, mihi utinam potius novissima! quae secuta sunt, defleri magis quam defendi possunt: ceterum et inieci catenas Arminio et a factione eius iniectas perpressus sum. atque ubi primum tui copia, vetera novis et quieti turbidis  
 15 antehabeo, neque ob praemium, sed ut me perfidia exsolvam, simul genti Germanorum idoneus conciliator, si paenitentiam quam perniciem maluerit. pro iuventa et errore filii veniam

10. Ungeachtet der deutschen Bewohner heißt das linke Ufer hier das gallische, weil Gallien in der Nähe lag.

11. *pretium fuit* statt *operae pretium fuit*, wie 2, 35, 1.

14. *uxor*. Ihr Name, den römische Schriftsteller nicht nennen, lautet bei Strabo *Θουονείδα* (germanisch, der 2. Teil = hilda), der ihres Sohnes *Θουμεικός* (d. h. griech. *Θουμεικός* mit röm. Vokalismus, ein bei den Römern beliebter Name für Sklaven, wie Thymele für Sklavinnen).

15. *evicta*, wie 11, 37 *ad miserationem evicta*, hist. 2, 64 *in gaudium evicta*. Sonst mit dem Ablativ, wie bereits Verg. Aen. 4, 474 *evicta dolore*. Über die Präpos. in vgl. Einl. § 49.

16. Der *sinus* ist der faltige Teil des Kleides unter der Brust, nicht ein Körperteil.

18. *Segestes*. Als Prädikat ist ein Verb der Bewegung aus *ferebantur* zu entnehmen.

58. 4. *neque — verum quia* (cf. Z. 15) bei Angabe von Motiven wie hist. 1, 90 *nec metu aut amore, sed ex libidine servitii*; 4, 42.

6. Zu dem vor *quam* fehlenden *magis* cf. 3, 17.

7. In *probabam* liegt ein Zeugma. S. Einl. § 121. — *raptor* und *violator* sind dichterisch und nachklassisch.

11. *illa nox*, vgl. c. 55, 7 ff.

12. *defleri quam defendi* wie Z. 16—17 *paenitentiam quam perniciem* Allitteration der Gegensätze; deutsch?

15. *antehabeo* auch noch 4, 11. — *exsolvere* statt *liberare*, wie c. 15.

16. *conciliator* und *conciliatrix* schon in klassischer Prosa.

precor: filiam  
 consultare, utrum  
 quod ex me ge  
 propinquisque e  
 vincia pollicetur  
 auctore Tiberio  
 edidit: educatus  
 sit, in tempore

Fama dediti  
 busque bellum  
 accipitur. Armi  
 subiectus serviti  
 que per Cherus  
 poscens. neque  
 imperatorem, fo  
 mulierculam ave  
 cubuisse; non  
 gravidas, sed pu  
 adhuc Germanor  
 suspenderit. co  
 sacerdotium hon  
 quod inter Alb  
 viderint. aliis  
 esse supplicia,  
 que discesserit  
 lectus Tiberius,  
 exercitum paves  
 quam dominos  
 libertatis quam  
 rentur.

19. *utrum*, hier  
 nomen empfunden.

21. *vetere* in p  
 Rheinufer. Als ne  
 das durch die V  
 lich wieder verlor  
 endgültig aufgege  
 dem anderen Ufer

c. 59 *victam ripam*

24. *ludibrio*. V

Erklärung verspr  
 scheinlich mit ein

Bücher verloren g

59. 1. *ut qui*  
 Agr. 18 *quibus bellu*

hist. 3, 43, Sall.  
 4, Liv. 21, 50, Gr

§ 29.

2. *spe vel dolo*

Tac. Annal. I. 7. A

precor: filiam necessitate huc adductam fateor. tuum erit consultare, utrum praevaleat, quod ex Arminio concepit an quod ex me genita est? Caesar clementi responso liberis<sup>20</sup> propinquisque eius incolumitatem, ipsi sedem vetere in provincia pollicetur. exercitum reduxit nomenque imperatoris auctore Tiberio accepit. Arminii uxor virilis sexus stirpem edidit: educatus Ravennae puer quo mox ludibrio conflictatus sit, in tempore memorabo.

Fama dediti benigneque excepti Segestis vulgata, ut qui<sup>25</sup> busque bellum invitis aut cupientibus erat, spe vel dolore accipitur. Arminium super insitam violentiam rapta uxor, subiectus servitio uxoris uterus vaecordem agebant, volitabatque per Cheruscos, arma in Segestem, arma in Caesarem<sup>5</sup> poscens. neque probris temperabat: egregium patrem, magnum imperatorem, fortem exercitum, quorum tot manus unam mulierculam avexerint. sibi tres legiones, totidem legatos procubuisse; non enim se proditione neque adversus feminas gravidas, sed palam adversus armatos bellum tractare. cerni<sup>10</sup> adhuc Germanorum in lucis signa Romana, quae dis patriis suspenderit. coleret Segestes victam ripam, redderet filio sacerdotium hominum: Germanos numquam satis excusatuos, quod inter Albim et Rhenum virgas et secures et togam viderint. aliis gentibus ignorantia imperi Romani inexperta<sup>15</sup> esse supplicia, nescia tributa; quae quoniam exuerint inritusque discesserit ille inter numina dicatus Augustus, ille delectus Tiberius, ne inperitum adolescentulum, ne seditiosum exercitum pavescerent. si patriam parentes antiqua mallent quam dominos et colonias novas, Arminium potius gloriae ac<sup>20</sup> libertatis quam Segestem flagitiosae servitutis ducem sequerentur.

19. *utrum*, hier noch als Pronomen empfunden.

21. *vetere in prov.*, am linken Rheinufer. Als neue Provinz wird das durch die Varusschlacht freilich wieder verlorene, aber nicht endgültig aufgegebene Gebiet auf dem anderen Ufer gedacht. Vgl. c. 59 *victam ripam*.

24. *ludibrio*. Was Tacitus als Erklärung verspricht, ist wahrscheinlich mit einem der späteren Bücher verloren gegangen.

59. 1. *ut quibusque cet.* wie Agr. 18 *quibus bellum volentibus erat*, hist. 3, 43, Sall. Jug. 84, 3; 100, 4, Liv. 21, 50, Gräzismus, s. Einl. § 29.

2. *spe vel dolore*, ein modaler

Tac. Annal. I. 7. Aufl.

Ablativ ohne Präposition, wie c. 68 *clamore et impetu circumfunduntur*, 4, 51 *catervis decurrentes*, hist. 2, 42 *catervis et cuneis concurrebant*.

6. *egregium*, s. zu c. 42, 18.

8. *sibi* — *procubuisse*, wie hist. 4, 17 *quibus legiones procubuerint*. Über den bei Tacitus beliebten Dativus commodi s. Einl. § 30.

10. *bellum tractare*, auch 6, 44 und öfter (nach Analogie von *arma, tela tractare*). — *cerni*, s. 4, 7.

13. *sacerdotium*, s. c. 57. — *hominum i. e. Caesaris vel Augusti*, verächtlich, da die Germanen keine Menschen vergöttern.

16. *nescius* passivisch, wie 16, 14 und schon bei Plautus, z. B. Rud. 275. Ebenso *gnarus* und *ignarus*, s. c. 5.

60 Conciiti per haec non modo Cherusci, sed conterminae gentes, tractusque in partis Inguiomerus Arminii patruus, veterē apud Romanos auctoritate; unde maior Caesari metus. et ne bellum mole una ingrueret, Caecinam cum quadraginta cohortibus Romanis distrahendo hosti per Bructeros ad flumen Amisiam mittit, equitem Pedo praefectus finibus Frisiorum ducit. ipse inpositas navibus quattuor legiones per lacus vexit; simulque pedes eques classis apud praedictum amnem convenere. Chauci cum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt. Bructeros sua urentis expedita cum manu L. Stertinius missu Germanici fudit; interque caedem et praedam reperit undevicensimae legionis aquilam cum Varo amissam. ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum, quantumque Amisiam et Lupiam amnes inter vastatum, haud procul Teutoburgiensi saltu, in quo reliquiae Vari legionumque insepultae dicebantur.

60. 1. Über *non modo sed* ohne folgendes *etiam* s. Einl. § 67.

2. *Inguiomērus* wird im Jahr 16 von Germanicus geschlagen (2, 17) und flieht ein Jahr darauf zu Marbod (2, 45). Der Name aus *Inguio* (germ. Stammgott) und *mār* 'berühmt' (cf. keltisch *Viridomārus*, gr. *Ἐγγεσιμωρος*), wie in *Segimērus* c. 71 u. a.

6. *mittere* mit dem Dativus *gerundivi*, wie 2, 1. 88; 11, 1. In den Historien wird es noch mit *ad* verbunden. — *Pedo*, vielleicht der Freund des Ovid (sein Gentilname ist *Albinovānus*), der die Feldzüge des Germanicus besungen hat. — *finibus* statt *per fines*. Dieser lokale Ablativ der Bewegung über oder durch einen Raum ist bei Klassikern auf Eigennamen von Flüssen und Meeren und auf Begriffe wie *terra*, *mari*, *vado*, *freto*, *flumine* beschränkt, oder es muß ein Attribut hinzugefügt werden, wie *porta Collina*, *via Appia*. Tacitus geht darin weiter, wie er auch den Ablativ der Ortsruhe nach Art der Dichter zuweilen ohne Präposition setzt. — Die stets römertreuen Friesen wohnten im jetzigen Westfriesland, d. nördl. Teile v. Holland.

7. *per lacus*. Aus diesen Seen bildete sich durch Überschwemmungen im 13. und 14. Jahrhundert der Zuidersee.

8. *praedictus* statt *quem supra dixi* erst seit Liv. 10, 14, 7, dann im silbernen Latein.

9. *Chauci*, s. zu c. 38. — *in commilitium adsciti* wie hist. 3, 5.

11. Stertinius nimmt später die Unterwerfung des Segimer entgegen (c. 71), bestraft die abgefallenen Ampsivarier (2, 8) und kämpft gegen die Cherusker (2, 11. 17. 22).

13. *agmen* scil. *Stertini*.

14. Über die Anastrophe von *inter* s. Einl. § 116, f.

15. Die Armee des Varus fand in dem 'großen Moor' nördlich von Osnabrück ihren Untergang und zwar bei dem Gute Barenau — (dort ständige Münzfunde!) — zwischen Venne und Engter. Varus wählte nicht die Marschlinie von Nienburg zur Ems, sondern von Minden nach Bramsche. Der sonst nirgends erwähnte Teutoburger Wald ist nicht der nördlich die Münstersche Ebene begrenzende Osning, sondern das von Minden nach Bramsche an der Hase streichende Süntel- oder Wiehengebirge. (Nach Mommsen). Übrigens findet sich der Name Teut. Wald für den Osning zuerst 1710 auf einer Karte des Bischofs Ferdinand von Paderborn, ist aber nur aus unserer Stelle geschöpft.

Igitur cupio  
ducique, permotus  
ob propinquos  
hominum. prae  
pontesque et ag  
poneret, incedun  
prima Vari cast  
legionum manus  
accisae iam reli  
albertia ossa, v  
rata. adiaceban  
truncis arborum  
apud quas tribu  
verant. et cladi  
referebant hic  
ubi vulnus Var  
mortem invener  
patibula captivi  
superbiam inlus  
Igitur Rom

61. 4. Über *occu  
sando paludum*

6. *incedere* mit  
nur in den Histori  
wie *accedere*, das  
Annalen steht. V  
— *maestus* — auf  
früher dichterisch,  
*maesta fama*. Weg  
vgl. hist. 3, 84 *tac*  
Plural *loci* statt *loc*  
höchst selten, ist  
teren ziemlich häu

7. *prima Vari*  
erste von German  
Varuslager. Nach  
der Insurrektion  
zweimal Lager g  
erst nach dem Au  
zweiten (im Dran  
genügend befestig  
am dritten Tage  
Kampfes, ist er  
unterlegen. Daß  
Aufstandes sofort  
wahrscheinlich. (N  
*principis*, die *vi*  
den anstoßenden  
Oberoffiziere. Der  
ist stets nach der  
eines Lagers beme

Igitur cupido Caesarem invadit solvendi suprema militibus 61  
 ducique, permoto ad miserationem omni qui aderat exercitu  
 ob propinquos, denique ob casus bellorum et sortem  
 hominum. praemisso Caecina, ut occulta saltuum scrutaretur  
 pontesque et aggeres umido paludum et fallacibus campis in- 5  
 poneret, incedunt maestos locos visuque ac memoria deformis.  
 prima Vari castra lato ambitu et dimensis principiis trium  
 legionum manus ostentabant; dein semiruto vallo, humili fossa  
 accisae iam reliquiae consedissee intellegebantur: medio campi  
 albertia ossa, ut fugerant, ut restiterant, disiecta vel agge- 10  
 rata. adiacebant fragmina telorum equorumque artus, simul  
 truncis arborum antefixa ora. lucis propinquis barbarae arae,  
 apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones macta-  
 verant. et cladis eius superstites, pugnam aut vincula elapsi,  
 referebant hic cecidisse legatos, illic raptas aquilas; primum 15  
 ubi vulnus Varo adactum, ubi infelici dextera et suo ictu  
 mortem invenerit; quo tribunali contionatus Arminius, quot  
 patibula captivis, quae scrobes, utque signis et aquilis per  
 superbiam inluserint.

Igitur Romanus qui aderat exercitus sextum post cladis 62

61. 4. Über *occulta saltuum* und *umido paludum* s. Einl. § 40.

6. *incedere* mit dem Akkusativ, nur in den Historien und Annalen, wie *accedere*, das nur so in den Annalen steht. Vgl. Einl. § 25, c. — *maestus* — auf Sachen bezogen, früher dichterisch, auch hist. 2, 46 *maesta fama*. Wegen der Metapher vgl. hist. 3, 84 *tacentes loci*. — Der Plural *loci* statt *loca*, bei Klassikern höchst selten, ist bei T. und Späteren ziemlich häufig.

7. *prima Vari castra*, d. h. das erste von Germanicus angetroffene Varuslager. Nach dem Ausbruch der Insurrektion hat Varus noch zweimal Lager geschlagen, und erst nach dem Aufbruch aus dem zweiten (im Drange der Not ungenügend befestigten) Lager, also am dritten Tage nach Beginn des Kampfes, ist er auf freiem Felde unterlegen. Daß er in Folge des Aufstandes sofort kehrt machte, ist wahrscheinlich. (Nach Mommsen.) — *principiis*, die *via principalis* mit den anstoßenden Lagerräumen der Oberoffiziere. Der Raum dieser *via* ist stets nach der Zahl der Truppen eines Lagers bemessen, so daß man

aus ihren Maßen auf die Zahl der darin untergebrachten Legionen schließen konnte.

8. *manus* Hände = Arbeit. Vgl. Germ. 37, 4.

9. Über den Nomin. c. infin. (*intellegebantur*) s. Einl. § 82.

10. *disiecta vel aggerata*, wie 6, 19 *dispersi aut aggerati*. Das Verbum *aggerare* bei Vergil, z. B. Georg. 3, 556 *aggerat cadavera*.

12. *antefixa*, sc. *erant*.

13. *apud* 'auf'.

14. *elabor* mit dem Akkusativ, nach Analogie von *effugere*, bei Tac. öfter, wie auch die sinnverwandten *egredi*, *exire*, *erumpere*, aber alles dies erst in den Hist. und Ann.

18. *scrobes* sind Gruben zur Aufnahme der Hingerichteten. — *ut* mit indirektem Fragesatze nach *Verbis sentiendi et declarandi*, wie 2, 4; 3, 9; hist. 1, 37 *auditisne ut postulentur?* 79. So schon Cic. nach *videre*, aber im silbernen Latein geht man weiter darin. Über den Konj. Perf. zu 4, 11.

62. 1. *Igitur Rom. . . condebant*. Übers. 'so mußte denn . . . bestatten'. — *sextum post annum* 'sechs Jahre nach der Niederlage',

annum trium legionum ossa, nullo noscente alienas reliquias an suorum humo tegeret, omnes ut coniunctos, ut consanguineos, aucta in hostem ira, maesti simul et infensi condebant.

5 primum extruendo tumulo caespitem Caesar posuit, gratissimo munere in defunctos et praesentibus doloris socius. quod Tiberio haud probatum, seu cuncta Germanici in deterius trahenti, sive exercitum imagine caesorum insepultorumque tardatum ad proelia et formidolosiores hostium credebat;

10 neque imperatorem auguratu et vetustissimis caerimoniis praeditum adtrectare feralia debuisse.

63 Sed Germanicus cedentem in avia Arminium secutus, ubi primum copia fuit, evehi equites campumque, quem hostis insederat, eripi iubet. Arminius colligi suos et propinquare silvis monitos vertit repente; mox signum prorumpendi dedit

5 iis quos per saltus occultaverat. tunc nova acie turbatus eques, missaeque subsidiariae cohortes et fugientium agmine impulsae auxerant consternationem; trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam nesciis, ni Caesar productas legiones instruxisset. inde hostibus terror, fiducia militi; et

10 manibus aequis abscessum. mox reducto ad Amisiam exercitu legiones classe, ut advexerat, reportat: pars equitum litore Oceani petere Rhenum iussa; Caecina, qui suum militem ducebat, monitus, quamquam notis itineribus regrederetur, pontes longos quam maturime superare. angustus is trames vastas

15 inter paludes et quondam a L. Domitio aggeratus; cetera limosa,

ähnlich wie Cic. ad Att. 3, 7, 1 *post diem tertium eius diei*.

5. *extruendo tumulo*. Über den Dativ s. Einl. § 109, b.

9. *formidosus* hier aktiv 'furchtsam', mit dem Genetiv (*hostium*) nach Analogie von *pavidus*, *anxius*, *trepidus*, die ebenfalls in den Annalen den Gen. regieren.

10. *caerimoniis* Weihen.

11. *feralia*. Priester (also auch Germanicus als Augur) verunreinigten sich durch Berührung von Leichen und Betretung eines Hauses, in welchem ein Toter lag.

63. 3. *propinquare monitos*. Die Verba *moneo*, *admoneo* und *hortor* regieren bei Tacitus oft den Infinitiv, *moneo* und *hortor* auch bei Cicero (mit Vorliebe bei sächlichem Subjekt) und Sallust (z. B. de fin. 1, 20, 66, pro Sest. 3, 7; Cat. 52, 3; 5, 9), aber nicht bei Cäsar.

7. Über *auxerant* s. Einl. § 15, b.

8. *gnarus* in passiver Bedeutung,

s. zu c. 5. — Über *ni* nach *trudebantur* s. Einl. § 103.

10. *manibus aequis*, wie nach dem Vorgang des Ennius ann. 167 Vahlen (ed. II) Sall. Cat. 39 (*aequa manu*), Liv. 27, 13 *aequis manibus diremistis pugnam*, dagegen c. 12 das gewöhnliche *Marte aequo*.

11. *legiones*. Es sind nur die von Germanicus geführten vier Legionen vom Oberrhein, die nach c. 60 nördlich durch die Seen in die Ems gelangt waren. Zwei davon werden auf der Rückfahrt wieder ans Land gesetzt (c. 70). Caecina dagegen führte die vier Legionen, die am Niederrhein standen. — Über den lokalen Ablativ *litore* s. zu c. 60.

13. *pontes*, wahrscheinlich Holzdämme im Burtanger Moor.

15. *L. Domitius*, Großvater des Kaisers Nero, war einige Jahre vor Christo in Deutschland bis über

tenacia gravi ca  
latim adclives, c  
et cito agmine  
venisset. Caec  
pontes reponer  
in loco placuit,

Barbari pe  
nisi lacessunt,  
tium bellantium  
locus uligine pu  
bus lubricus, c  
undas poterant.  
procera membra  
procul. nox de  
exemit. German  
quiete, quantun  
tere in subiect  
operis duplicatu  
Caecina parend  
guarumque reru  
non aliud repp  
saucii quantun  
montium et pal  
pateretur. deli  
sima in laevun  
adversum secuti

Nox per d  
cantu aut truce  
complerent, ap  
atque ipsi pass  
nes magis quar  
Quintilium Var  
cernere et aud

die Elbe vorgebr  
im J. 25. Vgl. 4

21. *in loco* 'an  
wie 4, 47; 13, 41  
statt *alii opus*, ab  
ist darin der G  
Dies findet sich öf  
größeren Werken

64. 1. Den Inf  
Tacitus, nach de  
Sallust und Livius  
ebenso bei *adniti*

4. *ad gradum*.  
*stabili gradu* 'in

tenacia gravi caeno aut rivis incerta erant; circum silvae paulatim adclives, quas tum Arminius inplevit, compendiis viarum et cito agmine onustum sarcinis armisque militem cum antevenisset. Caecinae dubitanti, quonam modo ruptos vetustate pontes reponeret simulque propulsaret hostem, castra metari 20 in loco placuit, ut opus et alii proelium inciperent.

Barbari perfringere stationes seque inferre munitioribus 64 nisi lacessunt, circumgrediuntur, occurrant; miscetur operantium bellantiumque clamor, et cuncta pariter Romanis adversa, locus uligine profunda, idem ad gradum instabilis, procedentibus lubricus, corpora gravia loriceis; neque librare pila inter 5 undas poterant. contra Cheruscis sueta apud paludes proelia, procera membra, hastae ingentes ad vulnera facienda quamvis procul. nox demum inclinantis iam legiones adversae pugnae exemit. Germani ob prospera indefessi, ne tum quidem sumpta quiete, quantum aquarum circum surgentibus iugis oritur vertere in subiecta, mersaque humo et obruto quod effectum 10 operis duplicatus militi labor. quadragesimum id stipendium Caecina parendi aut imperitandi habebat, secundarum ambiguarumque rerum sciens eoque interritus. igitur futura volvens non aliud repperit quam ut hostem silvis coërceret, donec 15 saucii quantumque gravioris agminis anteirent; nam medio montium et paludum porrigebatur planities, quae tenuem aciem pateretur. deliguntur legiones quinta dextro lateri, unetvicensima in laevum, primani ducendum ad agmen, vicensimanus adversum secuturos.

Nox per diversa inquires, cum barbari festis epulis, laeto 20 cantu aut truci sonore subiecta vallium ac resultantis saltus complerent, apud Romanos invalidi ignes, interruptae voces, atque ipsi passim adiacerent vallo, oberrarent tentoriis, insomnes magis quam pervigiles. ducemque terruit dira quies: nam 5 Quintilium Varum sanguine oblitum et paludibus emersum cernere et audire visus est velut vocantem, non tamen obse-

die Elbe vorgedrungen. Er starb im J. 25. Vgl. 4, 44.

21. *in loco* 'an Ort und Stelle', wie 4, 47; 13, 41. — *opus et alii* statt *alii opus, alii proelium*. Neu ist darin der Gebrauch von *et*. Dies findet sich öfter in den beiden größeren Werken des Tacitus.

64. 1. Den Infinitiv bei *niti* hat Tacitus, nach dem Vorgange des Sallust und Livius, öfter angewandt, ebenso bei *adniti*.

4. *ad gradum*. Vgl. hist. 2, 35 *stabili gradu* 'in fester Auslage',

Liv. 6, 12 *stabili gradu impetum hostium excipere*, 2, 10.

14. *volvere* statt *mente agitare*, wie 3, 38 *bellum adversus nos volverat*, hist. 1, 64 *bellum volvebat* und öfter, nach Sallust und Livius. Ebenso *volutare*, s. zu c. 36.

65. 2. Die Wörter *sonor, resultare* und im folgenden *oberrare* und *pervigil* sind alle ursprünglich poetisch.

3. *voces* sc. *essent*.

5. *quies* 'Traum' wie Vell. 2, 70, 1, sonst dichterisch.

6. *et*, s. zu c. 55. — *emergere* mit



cutus et manum intendentis reppulisse. coepta luce missae  
 in latera legiones, metu an contumacia, locum deseruere, capto  
 10 prope campo umentia ultra. neque tamen Arminius quam-  
 quam libero incursu statim prorupit: sed ut haesere caeno  
 fossisque impedimenta, turbati circum milites, incertus signo-  
 rum ordo, utque tali in tempore, sibi quisque properus et  
 lentae adversum imperia aures, inrumpere Germanos iubet,  
 15 clamitans 'en Varus eodemque iterum fato vinctae legiones!'  
 simul haec, et cum delectis scindit agmen equisque maxime  
 vulnera ingerit. illi sanguine suo et lubrico paludum lapsantes  
 excussis rectoribus disicere obvios, proterere iacentes. pluri-  
 mus circa aquilas labor, quae neque ferri adversum ingruentia  
 20 tela neque figi limosa humo poterant. Caecina dum sustentat  
 aciem, suffosso equo delapsus circumveniebatur, ni prima legio  
 sese opposuisset. iuvit hostium aviditas, omissa caede prae-  
 dam sectantium, enisaeque legiones vesperscente die in aperta  
 et solida. neque is miseriarum finis. struendum vallum, peten-  
 25 dus agger, amissa magna ex parte per quae egeritur humus  
 aut exciditur caespes. non tentoria manipulis, non fomenta  
 sauciis; infectos caeno aut cruore cibos dividentes funestas  
 tenebras et tot hominum milibus unum iam reliquum diem  
 lamentabantur.

66 Forte equus abruptis vinculis vagus et clamore territus  
 quosdam occurrentium obturbavit. tanta inde consternatio  
 inrupisse Germanos creditum, ut cuncti ruerent ad portas,  
 quarum decumana maxime petebatur, aversa hosti et fugienti-

Abl. nach Sallust hist. fr. 4, 3 Kr.,  
 bei Cic. und Livius mit *ex*.

8. *et* 'sondern'. So *et, atque, que*  
 nach einer Negation, wenn der  
 zweite positive Satz nicht materiell,  
 sondern nur formell das Gegenteil  
 des vorhergehenden ist. Der Lateiner  
 läßt sich durch den Gedanken leiten,  
 während wir uns durch die Form  
 bestimmen lassen. — *manum*, das  
 Objekt zu *reppulisse*, ist zu *intend-  
